caput in capucio nulla ratione profundent ſed aperta comedant facie. ¶ Ceterum religioſos et pauperes de menſa aliena viuentes de portione ſibi appoſita encenia familie faciendo paterfamilias in domo gerere vices canes vel murilegos de menſa paſcere benedicta a quo nonnulli etiam abſtinent ſeculares non congruit. ¶ Principalis hucuſqȝ inciſio nil his nocte impingens qui ſub inſtitutionibus aliis militant aut pro diuerſis locis et diuerſitate cauſarum diuerſa ordinant inſtituta. ¶ Honeſta quidem et ſancta omnis traditio que per prudentiam ſeniorum in timore dei communiter traditur communiter obſeruatur profecto ex communi ſurgit inſtitutione religio honeſtas ordinatione cauſatur. Omne ordinatuȝ decorum eſſe neceſſe eſt.

¶ Explicit prima pars principalis.

¶ Incipit ſecunda pars que eſt de generali exhortatione.

PRincipalis hui⁹ opuſculi pticula ex pdita Secundaria hec pauca epilogat ⁊ ſupplet quedā vt qualiter noui diſcipuli chriſti ad deum ad ſe ad proximum et ad res etiā quas aliqñ ſeruare vel tractare contigit ſe habeāt qb⁹ differentiarū indicijs de ſua conuerſione diſcernāt qualiter deniqȝ ipſi ad profeſſionē recepti ſe gerere debeant vel breuiter in aliquibus inſtruantur.

¶ De ordinatione reſpectu dei.

Capitulum primum.

ANte omnia cor ſuum per puram confeſſionem mundatum dignum deo habitaculum preparent illud excolāt illud exornent nichil ibi ſordidum

vel obſcurū/nichil ibi vel ad horam reſidere quod di-
lecti ſui oculos offendere valeat patiatur. Tempta-
tiones et cogitationes malas humiliter ꝛ pure confi
teri non differant. Veretur hoſtis conſiliū ſuum ige-
rere non zelanti. Prouidendū eſt eis vt qui iam ſunt
superni regis milites annotati/ſecum omino firment
et ſtatuant ſe vſꝙ in finez ei fideliter ſerui ituros/nec
vllis ab eo tentationib⁹/tribulationib⁹/et anguſtiis
deinceps receſſuros. Juraui ait ꝓpheta et ſtatui cu-
ſtodire iudicia iuſticie tue. Religionē ſanctā ad quā
eos dominus ſua miſeratione vocauit feruentiſſimo
ac fideliſſimo ſtudeant amore diligere: et ei tanꝙ ſpe
cioſiſſime ac deo dilectiſſime ſpōſe fide iuiolabili ad
herere. ¶ Queciiꝙ ſibi ſiue propria ſiue aduerſa ꝯti
gerint: deū ſemper deuotis efferant laudibus/vt ſiue
ceſpitent/ſiue cadent/ſiue aliam quācunꝙ moleſtiā
ſeu leſionē incurrant/ſemper in ipſorum ore reſonet
diuina laus/ſemper vel bn̄dict⁹ deus/vel aue maria
vel aliquod quod ad laudē dei ꝑtineat dicāt. Et hoc
in conſuetudinē ducere ſtudeāt/nulla nunꝙ negligē
tia obtinēduz. ¶ Quicquid ſpecioſitatis vel delecta
bilitatis in creaturis inuenerint/quicquid circa ſta-
tum humane conditionis/vel diſpoſitionis accide-
rit: totum ſemper aſſumant in materiam laudis dei:
et de omnibus que occurerint/deuote ſtudeant cogi-
tare. ¶ In ipſo ſuarum omniuz operationum initio
dn̄m inuocare: et ſuam ad ipſum intentionē dirigere
aſſueſcant. Inſtēt orationi frequēter que nouā in or-
to domini plantulam fouet prouehit et confirmat.
Diſcant ergo vna ſaltem diei vel noctis hora temp⁹
et ocium vendicare: quando ad ſe reuerſi mentiſꝙ cu
biculū introgreſſi orēt in abſcōdito patrē ſuum et in

corde contrito et humiliato vniuerſorum domino fa
miliariter aſtent. Mane autem aſtabat ꝓpheta do-
mino: qꝛ qui mane vigilauerit ad deum inueniet euꝫ
Surripendia erit carni et ſi forte non ſemper ſepe ta
men ſomni requies matutini: cum illa hora chriſtus
reſurrexit. Tunc eſt tempus allidendis ad petrā par
uulis mortificande carni et recreando ſpiritui opor/
tunuꝫ. Tunc ſpirituales auicule dulcē deo in cordis
organo exhibent melodiam. Ad hec et alie temporis
et quietis oportunitates que occurrunt minime ne-
gligende ſunt. ¶ Poſt horas canonicas nō ſtatī ora
toriuꝫ exeāt: ſed in oratione alicantuluꝫ ſubſiſtentes
qualiter opus dei peregerint cogitent: an tepide vel
ferueuter ⁊ defectus ſi quos ibi cōmiſerint tūc emē-
dent: gratieqꝫ deuotionis ſe offerant in fūdende quā
ſi dn̄s dederit non repellāt. ¶ Hoc aūt ī oī orͦne ob
ſeruēt: vt quod orātes dicūt: ex aīo ſemꝑ decant: non
eīn̄ vocibꝰ ſed rebus agetur apud deum. Porro qui
ad orͦnem eſt negligēs ſue nimirum ingratitudinis
et tepiditatis eſt teſtis. ¶ Fruſtra ꝓfectus virtutum
ſine oratione ſperatur. Ad ea igitur que ad cultū dei
ꝑtinent magno corde ⁊ prompto corde accingantur
Ad diuinū officiū audito ſigno ſtatim omibꝰ occupa
tionibus omiſſis accelerent: Si in lectis fuerit ſta-
tim ſurgant nec vltimū aliquatenꝰ ſignuꝫ expectent
Oratione nāqꝫ aliqua vtiliter preuenit officiū. Qui
ſic ex ſtudio ꝑuenit in benedictionibus meretur dul-
cedinis maioris deuotionis ⁊ gratie ad ipſiꝰ execu
tionem preueniri. Eccleſiam intraturi: manus (ſi ne
ceſſe habuerint) lauent. Veſtes maxime in die religio
ſe componant ne irreuerenter aut indecenter intro-
eant aulam dei. ¶ In eccleſia deo pſallētes creato-

rem ſuum totis viribus cum reuerentia debita lau-
dēt. Officiū ſuū in choro ⁊ extra nō ꝑfunctorie quidē
ſimaticis vt aiunt labijs ſed deuote ſēper et integre
dicere ſtudeāt: nec aliā ei occupationem admiſceant
Ceſſent manus/oculorum euagatio reprimatur vt
mēs ab exteriori cura penitus libera ſoli valeat deo
vacare. Dies vel hora que negligēter officiata ꝑtrā-
ſierit: nequaꝙ̄ vlterius poterit reuocari: cū preſertiꝫ
tēporis ſequētis officiū ſuam nichilominus diligen-
tiam et deuotionē requirat. Nec ſibi de gratuitis orō
nibꝰ blandiātur ſi circa neceſſarias q̄ primo loco ha-
bēde ſunt deſidioſi extiterint. ¶ Deniqꝫ iuxta ſancti
verbum pure ac ſemper ſtrēnue debēt laudibꝰ diui-
nis intendere. Pure quideꝫ vt dū pſallūt nichil alid
cogitent ꝙ̄ pſallūt. Strēnue vero vt ſicut reuerenter
ita et alacriter deo aſſiſtant. Non pigri nō ſomnolen
ti nō oſſitantes non parcentes vocibus: non preſcin-
dentes verba dauitica: non integra tranſilientes: nō
fractis et remiſſis vocibus muliebre quoddam blan
da verba de nare ſonantes ſꝫ virili. vt dignum eſt ſo-
nitu et affectu: ſpūs verba depromētes. Reuerentiaꝫ
in officio honeſta corporis diſpoſitio que mētis deuo
tionem non mediocriter promouet atteſtatꝛ. In cho-
ro non ſtent in ſtallis ſuis molliter aut quaſi fractis
renibus reſoluti. Quādo poſt pſalmuꝫ vel hymnum
ſancte trinitati reuerentia exhibetur: humiliter et de
center inclinent. Tūc ei tardius ſurgere ſegniter ac
difformiter iclinare: vt qſi corpore qdē ſufficienter de
miſſo vultus tamen indecenter erigitur: oculis erra
tice circūlantis: imperfecte quoqꝫ ad memoriaꝫ trini
tatis inclinationis venerationem exoluere quaſi ſit
honoris differentia in perſonis irreuerentie arguitꝛ

tpis. Etiam extra chorum ſtent ad officiū ꝑterq̄ ad lectiones ⁊ officium mortuorū. Specialiter tñ lectōibus plane dictis de dña tm̄ exceptis irreuerētes ⁊ pigros ſe nouerint ſi debitas deo laudes ſedēdo vel iacendo exoluant niſi neceſſitas euidēs cogat. Si qñ ꝑ viā officiū dixerint et ſi nō vacant cōtinue dū illd dicunt ab itineratione quieſcere ſaltē debent ad collectā precedentiū collectiuam qñ oīno tota eſt in deuz intentio colligenda et in vno ſiſtant loco immo ſi tempus exegerit ⁊ locus ꝑmiſerit cū reuerentia genu flectāt vt in orone cōi totuz officiuz venerent. Diſpoſitio corporalis honeſta deuotionis prouocat affectum et deſignat. Nō fruſtra ſanctus martinꝰ oculis ac manibus ī celū ſemꝑ intētus oraſſe deſcribitur. Intrinſecos motus geſtus interior atteſtatur. ¶ Quāuis extra cōuentū cōuentualis in omnibꝰ diſcipline non ſeruet diſtrictio in omnibus tamen religioſi operibꝰ religionis debet veſtigium relucere. Debent ergo ad opus dei corpꝰ honeſte diſponere ad collectam et trinitatis memoriam vel modicum inclinare ordinem in proſequendo ſeruare occupationez et interruptionē vitare. ¶ Ad miſſas poſt poſitis oībus tāto maiori ꝓmptitudine ac deuotionē miniſtrent q̄to deo ibi familiarius ſeruitur. Calicez ⁊ corꝑalia ſi tetigerit reuerenter et mūdiſſime tractent manuſqz poſt tactū hmōi anteq̄ apponāt cōibꝰ lauēt. ¶ Corpꝰ dñicum recepturi anteq̄ vt decet āpliori confeſſionis orōnis et tā a cibis q̄ ꝑbis tēperātie ſtudio acceptū deo ſata gāt hoſpiciū ꝑpare. Infuſam aūt ob tāti hoſpitis gratiaz reuerētiaz in grārū actione attendant. Non minor eſt virtus q̄ querere parta tueri.

¶ De ordinatione reſpectu ſui. Ca. ii.